

VIII. *Mercurius sub Sole visus in Specula astronomica Academiæ Giesenſis, Anno 1743. die 5 Nov. a Christiano Ludovico Gerſten, Math. Prof. et R. S. Lond. Soc.*

Read Jan. 22. 1746-7. IN observatione hujus transitus tribus potissimum machinis usus sum, quarum brevem descriptionem ut præmittam, instituti ratio ante omnia postulabit.

Prima atque præcipua erat tubus astronomicus 10 pedum bonaæ notæ, cui aptavi micrometrum exquisiti operis *Londini* comparatum. Præcipua structuræ in eo consistunt. In centro tubi loco convenienti ad angulos rectos sese decussant duo fila immobilia, et alia rursus duo, situ ad unum mobilium parallelo per motum unius cylindri chalybei dupli cochlea (quarum una ad dextram, altera ad lævam vergit) æqualibus helicibus striati, continue et æqualiter pro diverso cochleæ motu aut versus centrum progrediuntur, aut ipsum post se relinquunt, addita machinula peculiari duobus indicibus instructa, quorum unus numerum revolutionum integrarum cochleæ, alter numerum divisionum unius revolutionis monstrat. Hoc omnne rursus per rotam dentatam et cochleam aliam perpetuam, ubi opus est lento, et exacto motu circumagi, atque ad quosvis angulos et circulos cœli aptari potest. Hoc micrometrum ea Casliniana methodo, quæ usitator est ad transitum observandum, applicavi. Radebat nempe Mercurius filum immobile ad æquatorem parallelum, dum ex mobilibus unum solis marginem inferiorem attingebat. Machinæ parallacticæ apparatus

paratu facile carui; nam adducto semel Mercurio ad centrum tubi, rotæ dentatae atque cochlearæ perpetuae artificio, brevi mora filum immobile in eum situm redigebatur, ut Mercurius super istud incederet.

Secundum instrumentum erat horologium oscillatorium astronomicum, *Londini* ab egregio hoc in genere artifice *Joh. Ellicott*, R. S. Soc. confectum; de cuius exacto fatis, et ad medium motum solis accommodato motu, complurium annorum observationes nullum mihi dubitandi locum relinquunt. Ope hujus automati appulsuum momenta tam Mercurii quam limborum solis ad filum horarium adnotavi.

Tertia machina ad tempus verum meridiei inveniendum inserviebat. Ob defectum quadrantis astronomici eam ad usus meos inveni atque effeci, prolixiorrem descriptionem alia fortassis occasione daturus. Quæ vero præcipua sunt, huc redeunt: ut ejus ope momenta temporis complurium duarum æqualium altitudinum solis ante et post meridiem ad 2, 4, sumnum 6 minutorum secundorum certitudinem (pro ratione nimirum obliquitatis arcus, quem sol transcurrit motu diurno ad lineam horizontalem) determinare atque exinde meridiei verum tempus ad 1, 2, sumnum 4 sec. certitudinem indagare possum. Et hac quidem ipsa quinta die *Nov.* per duas bonas cum hoc instrumento confectas observationes, quibus sequenti sexto hujus mensis die, alias tres addere contigit, horologii tempus ita correxi, ut citra 4 vel maxime 5 minutorum secundorum errorem, recte istud factum fuisse existimem. Præmissis hisce, ad phænomena me converto.

Pauло post horam matutinam 8, nubes quibus totum cœum fœde obductum erat, præter expectationem

dehiscere cœperunt, atque brevi intervallo per hiatum satis magnum sol apparebat purissimo lumine fugiens. Tubo statim applicato cum nihil adhuc de Mercurio, nullaque prorsus macula in eo conspiciebatur, id egi, ut diametrum ejus horizontalem repetitis compluribus observationibus capesserem, quod etsi ob motus rapiditatem non ita facile fuerit factu, existimavi ramen non male tandem deprehensam fuisse semidiametrum ejus micrometri rev. 21. et $\frac{2}{7}\frac{2}{7}$. Verticalem semidiametrum postea ad hor. 11. min. 20. circiter reperi exacte 21. rev. $\frac{4}{7}\frac{8}{7}$. Quantum hi numeri in partibus circuli maximi efficiant, istud infra indicabitur.

Capta semidiametro solis horizontali, densissimæ rursus nubes eum occultabant; sed hor. 9. min. 6. sec. 25. subito Mercurium in ejus disco conspexi, jam totum, si recte memini, ingressum in margine tamen adhuc hærentem. Forte nomenclator, qui horologii oscillatorii numeros viva voce mihi indicaret, aberat: quapropter statim ab hoc spectaculo ad horologium temporis, notitiam ut caperem, evolavi, in reditu reliqua observaturus. Nam ultra 5 passus non distabat, sed eo situ, ut a tubo ad indices non pateret prospectus; ast scriptis in schedam numeris tectum nubibus solem reversus inveni: inde factum ut non audeam affirmare, quod exacte tunc temporis in contactu marginis solaris constitutus fuerit.

Quæ nunc sequuntur observationes, nubium intervalla concessere. Favebat tamen aëris tranquillus status, favebat et absentia multorum spectatorum. Corpusculum Mercurii rotunde nigrum margine determinata absque ullis atmospheræ vestigiis apparebat, sed tantæ exilitatis, ut quantum nudò oculorum iudicio

dicio conjectare licuit, non multum ultra duplum crastitici fili immobilis in micrometro assurget, quod ex pilo capitis humani constabat. Circa hor. 1. post mer. min. 10. usque ad egressum sat magno intervallo nubes patabant; sed purior aër atque longior solis mora in eo, circa parietem observatorii, indirectum tunc ferme soli obversum calorem effecit: inde trepidatio atque undulatio limbi admodum importuna quam nullis remediis amovere potui.

Prima sequentis tabulæ columna exhibet tempus horologii. Secunda tempus verum correctum. Tertia, intervalla temporum, ab appulso limborum solis ad appulsum Mercurii ad filum horarum, reducta atque conversa in minuta secunda circuli maximi, pro declinatione solis 15 gr. 39 min. 18 sec. Quarta, observationes. Quinta, distantias Mercurii a limbo inferiori solis, in partibus micrometri. Sexta denique, micrometri partes ad scrupula secunda circuli maximi reductas. Basis reductionis est: 23 revolutiones integræ dant 17' 33¹/₂". Quam ex solis et fixarum nonnullarum transitu talem inveni.

[380]

| Temp. hor. ante merid. | Temp. verum correctum. | Diff. Merc. in A.R. | Observationes. | Rev. micr. | Diff. ♀ in Decl. |
|---------------------------|---------------------------|---------------------------|--|-------------------|------------------------|
| h. ' " | h. ' " | | | | |
| 09 6 25 | 9 5 55 | 00 | I. ♀ tot. ingress. vidi aut certe quoad maximam partem. | | " |
| 9 44 7 | 9 43 37 | 694 | 2. ♀ ad horarium limb. solis se- quens ad horar. | 5 $\frac{1}{2}$ | 237 |
| 0 0 55 | 0 44 25 | | | | |
| 9 49 5 | 9 48 35 | 722 | 3. ♀ ad horarium limb. solis seq. ad horar. | 5 $\frac{3}{2}$ | 251 |
| 0 0 55 | 0 49 25 | | | | |
| 9 56 30 | 9 56 0 | 766 | 4. ♀ ad horarium limb. solis seq. ad horarium per nube- culam tenuem obt. | 5 $\frac{6}{2}$ | 271 |
| 0 57 23 | 0 0 53 | | | | |
| 10 2 43 | 10 2 13 | 794 | 5. ♀ ad horarium limb. solis seq. ad horar. | 6 $\frac{2}{2}$ | 288 |
| 0 3 38 | 0 3 8 | | | | |
| 10 44 35 | 10 44 5 | 996 | 6. ♀ ad horar. limb. solis seq. ad horar. | 8 $\frac{1}{2}$ | 393 |
| 0 45 44 | 0 45 14 | | | | |
| 10 48 14 | 10 47 44 | 1028 | 7. ♀ ad horar. limb. solis seq. ad horar. | 8 $\frac{6}{2}$ | 404 |
| 0 49 25 | 0 48 55 | | | | |
| 10 53 26 | 10 52 55 | 1054 | 8. ♀ ad horar. limb. solis seq. ad horar. | 9 $\frac{9}{2}$ | 418 |
| 0 54 39 | 0 54 9 | | | | |
| 11 33 52 | 11 33 22 | 1272 | 9. ♀ ad horar. limb. solis seq. ad horar. | 11 $\frac{20}{2}$ | 522 |
| 0 35 20 | 0 34 50 | | | | |
| 11 40 54 | 11 40 24 | 1310 | 10. ♀ ad horar. limb. solis seq. ad horar. | 11 $\frac{54}{2}$ | 538 |
| 0 42 25 | 0 41 55 | | | | |
| 11 43 52 | 11 43 22 | 621 | 11. Limb. solis præced. ad hor. | | |
| 0 44 35 | 0 44 5 | | ♀ ad horarium. | | |
| 0 46 7 | 0 45 37 | 1329 | Limb. solis seq. ad horar. | 12 $\frac{6}{2}$ | 553 |

[381]

| Tempus horologii. | Temp. verum correctum. | Dift. Merc. in A.R. | Observations. | Rev. micr. | Dift. ♀ in Decl. |
|-----------------------|------------------------|---------------------------|---|-------------------------------|------------------------|
| A. M. h , " | P. M. h , " | | | | |
| II 57 42 | II 57 12 | 549 | Limb. solis præced. ad hor. | 12 ⁴⁵ ₂ | " |
| ○ 58 20 | ○ 57 50 | | ♀ ad horariorum. | | |
| ○ 59 57 | ○ 59 27 | 1401 | Limb. solis seq. ad hor. | 13 ⁷⁸ ₂ | 580 |
| P. M. | | | | 13 ⁷⁸ ₂ | |
| 12 3 27 | 12 2 57 | 520 | Limb. solis præced. ad horar. | 13 ⁷⁸ ₂ | 600 |
| ○ 4 3 | ○ 3 33 | | ♀ ad horar. | | |
| ○ 5 42 | ○ 5 12 | 1430 | Limb. solis seq. ad horar. | 13 ⁷⁸ ₂ | |
| | | | | 14 ¹⁵ ₂ | |
| 12 46 56 | 12 46 26 | 289 | Limb. solis præced. ad horar. | 15 ²⁴ ₂ | 715 |
| ○ 47 16 | ○ 46 46 | | ♀ ad horar. | | |
| ○ 49 11 | ○ 48 41 | 1661 | Limb. solis seq. ad horar. | 15 ²⁴ ₂ | |
| | | | | 15 ²⁴ ₂ | |
| I 16 56 | I 16 28 | 144 | Limb. solis præced. ad horar. | 17 ¹⁶ ₂ | 788 |
| ○ 17 8 | ○ 0 38 | | ♀ ad horar. | | |
| | | | Limbus solis trepidare cœpit | | |
| | | | 16. | | |
| I 19 27 | I 18 57 | | Limb. solis præced. ad horar. | | |
| ○ 0 35 | ○ 19 5 | | ♀ ad horar. | 17 ²⁴ ₂ | 793 |
| ○ 21 41 | ○ 21 11 | | Limb. solis seq. ad horar. | | |
| | | | 17. | | |
| I 36 15 | I 35 45 | | Marginem int. tangere vide | | |
| ○ 0 20 | ○ 35 50 | | batur, certe tetigit aut paulisp. | | |
| ○ 38 19 | ○ 37 49 | | iuperavit, peritius; in limbo | | |
| | | | avanuit ingens undulatio ac | | |
| | | | repidatio limbi. | | |
| | | | | | |
| | | | Obs. 16. | | |
| | | | Ob trepidationem limbi solarias ad analog. reliquorum sic corrigendam duco. | | |
| I 19 26 $\frac{1}{2}$ | I 18 56 $\frac{1}{2}$ | 122 | Limb. solis præc. ad horar. | 17 ²⁴ ₂ | 793 |
| ○ 0 35 | ○ 19 5 | | ♀ ad horar. | | |
| ○ 21 41 $\frac{1}{2}$ | ○ 21 11 $\frac{1}{2}$ | 1828 | Limb. solis seq. ad hor. | | |

Nunc ad corollaria progredior ex his observationibus derivanda. Ante omnia diameter solis determinanda: ut id rite fiat, opus, est ut habeamus declinationem, necnon altitudinem ejus eo tempore quo diameter verticalis mensurata fuit. Declinatio solis facile ex longitudine ejus supputatur. Longitudinem ex tabulis *Ludovicianis* ad hor. 11. 20' 39" temporis veri (medium scilicet propemodum transitus) pro meridiano 25'. 10". temporis a *Parisiensi* versus orientem distantis deprehendi π 12°. 37'. 37". Huic longitudini respondet declinatio australis 15°. 39'. 18". Intervallum temporis ab appulso limbi solis praecedentis ad appulsum sequentis per obs. 11, 12, 13, et 14, est 2'. 15". Quod tempus in arcus æquatoris conversum dat 33'. 45". Quodsi igitur hic arcus pro declinatione inventa secundum sphæricæ doctrinæ regulas ad partes circuli maximi reducatur, prodit solis diameter 32'. 30".

Porro ex observationibus astronomicis *Philippi Butisbacensis Hassiae Landgravii* latitudo urbis *Butisbaci* ultra 4 horas itineris a *Giesa* non distantis est 50°. 28'. Quare pro latitudine *Giesenfi* accipio 50°. 30'. inde altitudo solis tunc temporis quo diameter ejus verticalis mensurata fuit, est præter-propriet inter 23 et 24 gradum. Semidiamer solis in partibus micrometri erat 21 rev. et $\frac{1}{2}$ quod secundum tabulam meam = 16'. 13". circuli maximi. Inde diameter verticalis eo tempore 32'. 26". Sed propter refractionem ea justo minor appareri debuit, prodiisque ex tab. v. *Hireana* defectus iste 4". addito hoc habemus rursus 32'. 30". Sin adhibeamus tabulam refractionum recentiorem ex hypothesibus *Taylorianis* constructam, quam publicavit celeberrimus *Halleius*,

Halleius *, atque reliquis præfert; defectus iste non nulla scrupula tertia tantummodo prodibit minor.

Horizontalem semidiametrum ut supra dixi deprehendi in partibus micrometri 21 rev. $\frac{2}{2}$. Duplum hujus quantitatis † dat secundum tabulam meam 32'. 31''. circ. max. Ergo haec tres observationes sat bene inter se consentiunt, atque diametrum solis constituunt 32'. 30''.

Pergo nunc ad angulum visum semitæ apparentis Mercurii cum ecliptica. Extra controversiæ aleam hoc positum existimo, quod Angelus sit oporteat, isque divinis machinis instructus, qui complures ejusmodi observationes ita perficeret, ut omnia Mercurii loca per easdem determinata exakte in unam eandemque lineam coincident. Nam ut taceam refractiones atque parallaxes, quas methodus adhibita non excludit, error semiscrupuli secundi temporis, ⁊ propemodum minuta secunda in distantia Mercurii a limbo solis sequenti vel præcedenti efficit. Modum igitur quem ob eandem rationem celeberr. *Manfredi* in transitu anni 1736 §, necnon alii se adhibuisse testantur, elegi. Exacta nimurum scala summaque cura omnes in typum retuli; quo pacto deprehendi: quodsi inter loca obs. 15 et 16 correctæ arithmeticè medius locus quæratur, deinde per hunc, necnon per eum quem obs.

* *Phil. Transf.* No. 368. Vide *The Abridgment* by Mr. Reid and Gray, Vol. VI. p. 160.

† Nam per revolutionem unius cylindri duo fila mobilia simul aut centrum appropinquabant, aut ab eo discedebant, sicuti supra in descriptione micrometri indicatur. Ergo numeri machinæ non diametrum, sed semidiametrum indicabant.

§ *Phil. Transf.* No. 446, p. 106.

obs. 5 determinat, recta ducatur eam quam proxime veram semitam apparentem in disco solis exhibere. Hoc principio posito numeros adduxi. Distantia media inter obs. 15 et 16 correct. a limbo solis sequenti est $1817''$ circ. max. Distantia media Mercurii inter easdem observationes a limbo inferiori solis $790\frac{1}{2}''$. Distantia loco obs. 5 a limbo sequenti est $794''$. Distantia a limbo inferiori $288''$. Ergo differentia inter distantias a limbo seq. $1023''$. Differentia inter distantias a limbo inferiori $= 502\frac{1}{2}''$. Haec differentiae ergo triangulum rectangulum constituunt, quarum prior pro basi altera pro catheto habenda. Ducto igitur calculo angulus ad basin provenit $26^\circ. 9'$. cui angulus femitæ cum circulo ad æquatorem parallelo æqualis. Eodem modo angulos singulorum locorum ab obs. 7. incipiendo cum loco observationis 5. quæavi, et prosiliuerunt sequentes.

| | |
|----------------------------|-------|
| Ex obs. 5 et 7 angulus est | 26 33 |
| 5 et 8 | — |
| 5 et 9 | — |
| 5 et 10 | — |
| 5 et 11 | — |
| 5 et 12 | — |
| 5 et 13 | — |
| 5 et 14 | — |
| 5 et 15 | — |

Medium 26 11

Quare cum priori casu angulus ad basin sit $26^\circ. 9'$. hoc vero $26^\circ. 11'$. medium sc. $26^\circ. 10'$. pro angulo

gulo viso semitæ cum circulo parallelo accipio. Erit ergo ang. semitæ apparentis cum horario $116^{\circ} 10'$. Sed ad locum solis $12^{\circ} 37'$. π respondet per. tab. *Hireanam* ang. eclipticæ cum meridiano $107^{\circ} 43'$. Ergo ang. semitæ apparentis Mercurii cum ecliptica $8^{\circ} 26'$.

Pro distantia centrorum minima elegi duas observationes, inter quas mediam viam tenere semitam typus indicabat, nec tamen multum ab ipsa semita distabant, septimam nempe et decimam. A distantiis Mercurii a limbo inferiori subduxi $8''$, tribuendo $5\frac{1}{2}''$ pro semidiametro Mercurii*, reliquum vero dimidio crassitie fili paralleli. Nam ex constructione micrometri, in introduktione exposita, claret, distantias a centro tubi, non vero a margine fili, assumendas esse: deinde ex distantia Mercurii a limbo sequente in obs. 7. semidiametro solis, angulo invento semitæ cum circulo parallelo, per triangulorum analysin, inveni semitæ sive centrorum solis et Mercurii distantiam minimam $9'. 2''$. ex observ. 10. vero simili calculo eadem distantia prodit $9'. 7''$. medium ergo, $9'. 4\frac{1}{2}''$. assumo pro vera distantia semitæ a centro solis. His præmissis trigonometrico calculo deduxi sequentia.

| | 1 11 |
|---|--------|
| Semitæ visæ longitudo in disco solis, ————— | 26 57 |
| Latit. visa Mercurii in conjunctione, ————— | 9 19 |
| Latit. Mercurii in ingressu ————— ————— | 10 57 |
| | Latit. |

* Diametrum Mercurii per micrometrum ad tubum *Hugenianum* 120 pedum applicatum, determinavit celeberr. *Bradley*, anno 1723: $10' 45''$. Vide *Phil. Transf.* N°. 386, p. 229.

| | | | | |
|--|---|---|----|---|
| Latit. Mercurii in egressu, | — | — | 59 | " |
| Different. inter latit. in egressu et ingressu | | | 58 | 3 |
| Portio semitæ inter ♂ et medium transitus, | | | 20 | 1 |

Quæ restant, tempus nempe conjunctionis, positio nodi, atque inclinatio orbitæ, ex his quidem immediate non eruuntur; nam requiritur adhuc exacta determinatio moræ centri Mercurii in disco solis, quam ex meis observationibus tuto determinare nequeo. Comparatis tamen intervallis temporum cum distantiis complurium locorum in semita, inveni satis consentientem motum horarum 5'. 56". adeoque omnem centri Mercurii in disco moram quamproxime accedere ad horas 4. min. 33. Cumque 1 vel 2 minutorum temporis hac in re error exiguum in nodo imo in orbitæ inclinatione efficiat differentiam, breviter ea subjungere libet, quænam ex hoc hypothetico calculo provenire.

Ponamus igitur, quoniam trepidatio limbi verosimili ratione, contactum Mercurii ad interiorem marginem, adeoque et egressum anticipavit.

| | | | | | |
|--|---------|---|---|----------|------|
| Tempus verum egressus centri ♀ in disco solis <i>Giesæ</i> , | — | — | — | 1 37 0 | " |
| Dimidiā moram in disco | — | | | 2 16 30 | |
| Erit medium transitus | Nov. 4. | | | 23 20 30 | |
| Ex motu horario, et portione semitæ inter ♂ et medium transitus erit tem- | | | | | |
| pus per istam portionem | — | | | 0 13 28 | |
| Ergo temp. ver. conjunct. <i>Giesæ</i> , Nov. 4. | | | | 23 7 2 | |
| Ponamus porro differentiam meridia- | | | | | |
| norum inter <i>Giesam</i> et obser. <i>Parisinum</i> , | | | | | |
| rejectis secundis | — | — | — | 0 25 0 | |
| | | | | | Erit |

| | | | | |
|--|---|---|----|----|
| Erit tempus verum conjunctionis in ob- | | | | |
| servat. <i>Parisin.</i> | — | — | h | " |
| Æquatio temporis ex tab. <i>Ludov.</i> sub. | | | 22 | 42 |
| Erit temp. med. conjunct. in obs. <i>Paris.</i> | — | — | 0 | 20 |
| Ad hoc tempus locus solis ex tab. | — | — | 22 | 21 |
| <i>Ludovic.</i> | — | — | 0 | " |
| Porro ex differentia inter latit. in in- | | | 12 | 37 |
| gressu, et latit. in egressu, necnon latit. | — | — | 0 | " |
| in σ atque mora centri in disco, sc. h. 4. | — | — | 10 | 31 |
| m. 33. resultat tempus quod γ absolu- | — | — | 25 | " |
| vit a σ ad γ | — | — | | |
| Ex tabulis <i>Ludovicianis</i> , a quibus <i>Ca-</i> | | | | |
| <i>rolinae</i> hoc in passu vix differunt, hoc | — | — | 0 | " |
| temporis spatio Mercurius heliocentrice | — | — | 2 | 39 |
| in ecliptica progreditur | — | — | 15 | 16 |
| Ergo locus nodi his hypothesibus | — | — | 13 | " |
| Quodsi mora centri Mercurii suppo- | | | 15 | 15 |
| natur 4 h. 32'. erit tunc γ | — | — | 38 | " |
| Si vero mora centri γ supponatur | — | — | 15 | 16 |
| 4 h. 34'. erit γ | — | — | 47 | " |
| Quodsi ponamus distantiam Mercurii | | | | |
| a terra esse ad distantiam γ a \odot ut 676 | — | — | | |
| ad 313. sicuti eam celeberr. <i>Halleius</i> | — | — | | |
| definit (vid. <i>Phil. Trans.</i> N°. 386. sive | — | — | | |
| <i>The Abridgment</i> , by Mr. <i>Reid</i> and | — | — | | |
| <i>Gray</i> , Vol. VI. p. 241.) erit inclinatio | — | — | | |
| γ in conjunctione | — | — | | |
| Ex hoc arcu atque distantia γ in eclip- | | | 0 | 19 |
| tica a γ consequitur tandem inclinatio | — | — | 47 | " |
| orbitæ, et quidem in primo casu, ubi | — | — | | |
| mora centri supponitur 4 h. 33' | — | — | | |
| Quodsi | — | — | 7 | 5 |

| | |
|--|-------|
| Quodsi mora centri ♀ in disco suppo- | h 1 " |
| nitur 4 h. 32'. crit inclinatio orbitæ | o 7 6 |
| Si vero eadem mora esset 4 h. 34'. | |
| tunc inclinatio orbitæ — — — | o 7 5 |

IX. *Observations upon so much of Monsieur le Monnier the younger's Memoir, lately presented to the Royal Society, as relates to the communicating the Electric Virtue to Non-electrics; by Wm. Watson, F. R. S*

Read Jan. 29.

1746-7. **T**HE World is much obliged to Mons. *le Monnier* for the many Discoveries he has made of the Power of Electricity; though the Reason of my troubling you with this Paper at this time, is my differing with that Gentleman in the Conclusions which he deduces from several of the Experiments contain'd in his Memoir lately presented to the *Royal Academy of Sciences at Paris*, his own Extract of which was lately communicated to the *Royal Society*. *

One of the Questions proposed to be examined is, " In what manner the electric Virtue is to be communicated to such Bodies as yet have it not, and which are not capable of acquiring it by bare Friction only?" Monsieur *le Monnier* observes hereupon, " That no other Manner is known, by which the electric Virtue may be communicated, besides the near Approach of a Body actually posseis'd of the same: That the Rule laid down by " Monsieur

* See These Transactions, No. 181, p. 291.